

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 7755

**Auteur(s) :** Nicolas de Buat [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Soligny-la-Trappe, Notre-Dame de La Trappe (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1258

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Nicolas de Buat s'engage à payer à l'abbaye de la Trappe une rente annuelle de sept sous en échange d'une pièce de terre et d'une redevance annuelle d'un boisseau de blé.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Charencey Hyacinthe (Comte de), *Cartulaire de l'Abbaye de Notre-Dame de la Trappe*, publié d'après le manuscrit de la Bibliothèque Nationale, Alençon, Renaut de Broise (Société historique et archéologique de l'Orne), 1889, B. « De Eodem (= de redditibus denariorum in Corboneto et Francia) », n° LXIII (« Carta Nicholai de Buato »), p. 105-106.

Texte établi d'après a

Universis presentes litteras inspecturis, Nicholaus de Buato, filius Nicholai defuncti de Buato, militis, salutem in Domino. Noveritis quod, cum viri religiosi abbas et conventus tradiderint et concesserint michi unam peciam terre junctam ex una parte terre que fuit predicti Nicholai, patris mei, et ex altera parte magno fossato, et est inter cheminum quo itur de Prato Potini apud Mauritaniam et viam per quam itur directe de domo defuncti Tustanni ad domum defuncti Odonis Hoberel, tenendam michi et meis heredibus et habendam in perpetuum cum uno boissello frumenti quod debebat ipsis Rogerus Chardon de quadam petia terre juncta supradicte terre et cum omni jure quod habebant in dictis peciis terre, pro septem solidis monete cursalis in Corboneto annui redditus ipsis et successoribus suis a me et ab heredibus meis persolvendis pro omnibus ad ipsos et ad quoscumque pertinentibus, in festo Omnium Sanctorum annuatim, tali modo, quod si predictus redditus infra octabas predicti festi non fuerit ipsis persolutus, ipsi poterunt facere suam justiciam super predictam terram, donec de dicto reddito eisdem fuerit satisfactum. Et de emenda, ad usus et consuetudines Corboneti. Et cum, ut hoc maneat firmum et stabile in perpetuum, dederint michi prenominati religiosi suas litteras, suo sigillo roboratas, per quas obligaverint se ad garantizandam predictam terre peciam, cum predicto boissello frumenti et omni jure supradicto, michi et heredibus meis et penitus sub predicta forma liberandam, ego predictus Nicholaus obligavi me et heredes meos in perpetuum ad redditum supradictum ipsis et suis successoribus persolvendum sine contradictione aliqua, sub forma prescripta, in termino prenotato, per presentes litteras quas in hujus rei testimonium et confirmationem dedi predictis abbati et conventui, sigilli mei munimine roboratas. Actum [anno] Domini M° CC° L° octavo.